

frangere seo retollere vel minuare de omnia, que superius legitur, quesierimus per nosmet ipsos aut per summissa persona, cui nos eas dedissemus aut dederimus, per quodlibet ingenio et eam vobis ad pars superscripto¹ monast. sancti Michaelis archangeli ab omni homines defendere non potuerimus et non defenderimus, preter quod superius exceptavi, spondimus atque promittimus ad pars superscripto monast. et predicti Bononii abb. suisque successoribus atque rectoribus, qui ibi pre tempore fuerint ordinati, cum predictis superscriptis omnibus casis et curtis seo castellis atque ecclesiis sive rebus domnicatis et massariciis atque ripis et piscareis seo molendinis ac padulibus, sicut supra legitur, in duplum infer quidem loco sub estimatione, quales tunc fuerint, et insuper inferamus ad pars superscripto monast. et predicti Bonii² abb. suisque successoribus atque rectoribus, qui ibi pre tempore fuerint ordinati, multa quod est pena auro optimo libras mille, argentum ponderas decemilia et . . .³ si valeamus neque possamus disrumpere nec infrangere, sed presens hanc cartula offersionis meę firmam et stabilem persistam⁴ perpetualiter inconvulsa con stipulationem supermissa. Et quis de his omnibus, que superius legitur, minuare aut suptraere vel fraudare temptaverit, alienare voluerit aut delere voluerit: debeat eum omnipotens dominus de libro viventium et cum iustis non scribantur; fiat particeps eorum cum Dathan et Abiron, qui aperuit terra os suum et deglutivit eos; fiat sotios cum Anania et Saphira, qui fraudaverunt pecuniam domini sui; sit deprehensus cum Symon Mag[o, qui gratiam]⁵ sancti spiritus venundare voluit; sit particeps cum Iuda Scariotho, qui propter cupiditatem vendidit domino et magistro; sit separatus a consorcio omnium iustorum .⁶ in die iudicii non resurgat in munera illorum⁷ et quod derepetierimus et vindicare non valeamus, sed presens hanc cartula offersionis meę firma [et st]abili⁸ permaneat semper. Atramentario pinna et pergamena manibus meis de terra levavi et Ildiberti not. domni imperatoris ad scribendum tradidi et scriberi rogavi, testibus obtuli roborandum. Actum in superscripto loco Marturi.

1) Korrigiert aus '-a'. 2) So. 3) Etwa 3 Zeichen undeutlich.
 4) 'psista'. 5) Unleserlich. 6) 2 Zeichen, vielleicht 'ut' (= 'vel').
 7) Es folgt eine Lücke im Pergament, die der Schreiber wohl schon vorfand, denn es scheint nichts zu fehlen. 8) Durch Riss unleserlich.